gi dicanda sed celi. Professio ista fidei. census animorum est. Abo
lito enim sinagoge censu uetusto. nouus census ecclesie paraba
tur. qui tormenta non exigeret. sed auferret. et spiritalem in tem
po plebs sua iam christo nomina conferebat. Non hic spacia ter
rarum. sed meritum animorum qui censentur. nec describuntur limites
sed proferuntur. nec etas ulla distinguitur sed omnis ascribitur. Nullus
enim ab hoc immunis est censu. quia omnis etas munifica christo est
quem uagientes pueri martyrio confitentur. quem intra uterum
positi exultatione testantur. Nichil in hoc censu uereare
terribile. nichil inimice. nichil triste. sola unumquemque fides si
gnat. Vis christi audire censores? Iubentur censere. sed non uir
gis nec terrore. sed gratia plebem querere. recondere gladium. non
possidere aurum. Talibus censoribus acquisitus est orbis. Deni
que ut scias censum non augusti esse sed christi. totus orbis iubetur
profiteri. Quando nascitur christus. omnes profitentur. quando mun
dus excluditur. omnes periclitantur. Quis ergo poterat professionem totius
orbis exigere. nisi qui totius habebat orbis imperium? Non
enim augusti. sed domini est terra et plenitudo eius. orbis terrarum et u
niuersi qui habitant in ea. Gothis non imperabat augustus. non
imperabat armeniis. imperabat christus. Acceperunt utique christi
censorem. qui christi martyres ediderunt. et ideo fortasse nos
uincunt. ut presentia docent. quoniam quem illi oblatione san
guinis fatebantur. huic arriani questionem generis infe
rebant. Hec inquit professio prima facta est. Atqui plerasque iam
partes terrarum sepe fuisse descriptas locuntur hystorie. Hec est
ergo professio prima non terrarum sed mentium. cui omnes profitentur. quia
nullus excipitur. non preconis euocatione sed uatis. qui multo an
te predixit. omnes gentes plaudite manibus. iubilate deo in
uoce exultationis. quoniam deus summus terribilis. et rex magnus
super omnem terram. Denique ut scias censum esse iustitie. ueni